

*Slavorumq; Rex, &c. Dux Enstthonia, omnibus præsens scriptũ cernentibus salutem in domino sempiternam. Conflare volumus universis tam præsentibus quam futuris, quod nos discretos viros præsentium exhibitores Burgenses de Hardervviick regnum nostrum cũ suis mercimoniis visitantes, sub nostra pace suscipimus, & protectione specialiter defendendos. Nos volentes favoris & gratia prerogativa prosequi speciali, ipsisque cupimus omnes gratias & libertates, quas temporibus D. Waldemari quondam Regis Danorum progenitoris nostri clara memoria dignoscuntur liberius habuisse, vid. quandocumq; & quotiescunque alicubi in Regno nostro in Skanor vel alibi cum navibus suis applicuerint, naves possint secure exonerare & bona sua sive in sale sive in pannis laneis vel lineis aut in cera vel in vario opere fuerint, seu in aliis mercimoniis quibuscunque quocunque nomine censeantur ad terram & suas bodas vel hospitium pro sua libitu voluntatis libere deducere, & non debeant per advocatos nostros super hoc nec per aurigas, qui dicuntur Wounkarle, nec per nautas qui Zakarle, Pramekarle vel Schudemen nuncupantur, nec per aliquos alios impediri. Et dicti nauta & auriga prout cum ipsis convenerint, bona eorum ducant impedimento quolibet procul moto. Item si aliquis*

*auriga*